



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Clerico Non Ordinato, ministrante. Titulus XXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

ior vel minor sit. Si maior: clericus excommunicatus omnibus beneficijs priuatus, si monitus ab administrâdo non desistat, ad requisitionem Ecclesiæ exilio dam-natur, c. si quis, c. clericî, &c. latores, extr. eod. Nec po-test aliud beneficium illi conferri Adeò, vt scienter ex-communicato conferens à beneficiorum collatione suspendatur, nisi collationis tempore absolutio illi con-tigerit, c. postulastis, &c. c. proposuit, extr. eod. Si verò mi-nor excommunicatio: quæ ex cōmunione excommunicato-rū puenit, & tunc cum clericus minori excommunica-tioni subiectus, irregularitatem non contrahat, ea, quæ iurisdictionis sunt exercere poterit: si tamen ea quæ Ordinis sunt exercuerit, sacramentaque Ecclesiastica contulerit, licet conferendo peccet, collata tamen, vir-tutis non carent effectu. cùm non videatur à collatio-ne, sed participatione sacramentorum remotus. Dum-modò in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, videli, cet contra prohibitionem Superioris; communioni ex-comunicatus pertinaciter se non ingesserit. Eo enim ca-su anathemate feriendus est, vt Gregorius VIII. statuit, c. si celebrat, ext. eod.

DE CLERICO NON ORDINA-to, ministrante.

Titulus XXVIII.

Quæ pœna clerici non ordinati ministrantis?

Pœna clerici ministrantis ea quæ ad ordinem, ad quem ordinatiōne Episcopi non est admissus per-tinent, est, quod depositus ejiciatur ab ecclesia, nec amplius ordinetur, c. i. ext. eod. licet Diaconus fungens munere sacerdotij, ad quod ipse non est promotus, à dia-conatu, cum iactura adeptionis maiorum ordinū, bien-nio vel triennio suspendatur, c. ex literis, ext. eod.

DE